



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVII. An pro defunctis rite sacrificetur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

iam iij, qui præceptum de Vtraque vrgent: Brent. in apol. Confess. VVitemb. abstemiorum communionem sub vna probat: Ruthenorum, vino carentium, Melanch. l. de vſu Sacram. Nec inde à Christo vnquam auditum, abstemios caruifile S. Synaxi.

Quod si vtraque foret de præcepto diuino, fane in hoc dispensari ab homine nonquam potuiffet.

QVÆSTIO XVII.

An pro defunctis rite Sacrificetur?

HÆRESIARCHA AERIVS, cognomento Impius, ortus anno 356. An iochiz; damnatus in Synodo Syrmensi anno 357 sapiusque alias; primus negauit pro ritâ functis Sacrificandum esse.

LUTHERO-CALVINIANI pernegant idem. Vide meum Lutherico-ca. p. 3. question. 76. & par. 1. q. 92.

PAPISTA. 1. Ritus Sacrificandi pro defunctis est, qualis Regula. Sanctus Augustinus l. 4. de Baptismo capite 42.

Id certissime credendum ex apostoli ca Traditio[n]e descendere; quod in omni Ecclesia seruatur, nec in aliquo Conc. institutum, sed semper seruatum ac retentum est.

2. Aerius hæresios in hoc damnatus est: ergo & Lutherico-calvinistæ rei.

De quo ita Melanchthon in apolo[gi]o. Confess. August. Falso citant aduersarij contrarios damnationem Aerij: quod negauerit in Missa Oblationem fieri pro viuis & mortuis. &c. Epiphanius testatur Aerium sensisse, quod Orationes pro mor-

tuis sent inutiles; id reprehendit. Ne nos Aerio patrocinamur.

Duo hic Mendacia:

1. Aerium negasse Orationes, non Oblationes:

2. Lutheranos non patrocinari neganti orationes pro mortuis: cum ha& illas negent & execrentur omnes.

3. Tota Classis S. Patrum pro nobis at contra Lutherico-calvinistas.

IV. DE POENITENTIA, EXTREMA VNCTIONE & ORDINE.

QVÆSTIO XVIII.

An paenitentia sit propriè dictum sacramentum?

HÆRESIARCHA MONTANVS in Phrygia ap[pro]bus ubinde ipsiuit nequam ex cestio propria accepit anno 171. cum Prisca & Maximilla, & sub specie pietatis: Sed in infra noua dogmata p[ro]fessu[m] inaudita Ecclesia; apud Baron. anno 172. eo quod honores Ecclesie exambitos adipisci non posse.

In hisce Pœnitentiam funditus tollebat, tetel Hieron. ep[iscop]i ad Marcellam.

Se demum laqueo interemit; heresi post scelus Cataphrygarum infanda; damnata sepius.

NOVATVS presbyter Cartagin. in Afric[an]a conciuit schisma contra Sanctum Cyprianum negans lapidis redditum ad pœnitentiam, anno 254. Et Romæ Nonatianum Presbyterum at tipapam creari procurat in eadem causa Imponitentiae: Damnatur in Rom. Conc. anno 175. ut hæresiarcha.

LUTHERANI Pœnitentiam esse Sacramentum negarunt principio; deinde assuerunt. **CALVINIANI** praefacte negant.

